



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt VII. An interrumpi Missa aliquando possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

& quidem solum illis, pro quibus talis gratia fuit ex-
postulata, non verò aliis.

8. Adde Primò responsum Sacre Congregationis,
& Cardinalis Bellarmini negantium, apud Dianam &
Turr. citatos.

9. Adde Secundò, non fore differentiam inter Sanctos
Canonizatos præsertim non positos in Calendario
Romano, & inter Beatificatos, si de his indifferenter
Missæ offerantur, & cetera solemnitates fieri, pro iisdem,
possent.

10. Ratio concedentium, cum quibus sentio est, quia
cum una Missa ejusdem sit valoris, & dignitatis, ac
aliæ qualiter; statim atque Pontifex declarat tale
Beatum dignum esse una Missa, quæ dicatur ab una
determinata persona, declarat illum esse dignum omni-
bus ceteris Missis à quocunque, & quomodocunque
celebrandis. Si igitur Beatus remanet sic dignus de-
claratus, non est unde quilibet Sacerdos impediatur
illum per suas Missas venerari, nec venerabitur sine
Sedis Apostolicæ autoritate, hæc enim jam intercedit
per illam declarationem, qua dignus Missa declaratus
est Beatus.

11. Hinc infert merito Castropalaus, posse quemli-
bet ejus imaginem adorare, adorandam in Altari consti-
tuere, publicis processionibus circumferre (adde, &
ejus collectam, seu commemorationem facere in Missa,
infra annum, quod immerito, sed consequenter ad suam
sententiam, negavit Granado.) Ratio est, quia hi cultus
longe inferiores sunt Missæ, quare si hanc Pontifex con-
cedit, concedit & illos.

12. Ad rationem negantium Respondemus per illam
concessionem determinatis personis factam, aufertur
prohibitionem latam in *dec. 1.* Non est igitur recurren-
dum ad naturam Privilegij, seu gratiæ; quamvis enim
habitus fuerit aliquis respectus ad dictas Religiones, in
tollenda tali prohibitione, illa tamen ablata omnes Sa-
cerdotes sine nova gratia remanent liberi ad veneran-
dum beatum Missa, & Officio, ab ipsis ex voluntaria
devotione celebrandis.

13. Ad id, quod Primo additur; satis sit,
nunc dicere, de illis responsionibus non constare au-
thenticè.

14. Ad id, quod additur secundò, respondeo, esse
ut cetera taceam, differentiam, quia de Beatificatis per-
mittitur dici Missa, ex vi nimirum ablationis prohibi-
tionis latæ in *d. cap. 1.* At de Canonizatis etiam non-
dum ascriptis in Calendario Romano positivè idem con-
ceditur ex vi Canonizationis publicæ omnibus intima-
tæ. Quare Sacerdos sæcularis, qui negligenter Canoni-
zatis Missam celebrare, quando eis etiam non ascriptis
in Calendario illa competit (ut in propria Ecclesia,
quando de iis fit festum, tunc enim non ascriptis con-
venit Missa, &c.) faceret contra Rubricas: at sæcularis,
qui negligenter similem Missam celebrare in festo & pro-
pria Ecclesia Beatificati, non ageret contra Rubricas,
quia ejusmodi Beatis Missa sæcularium non debetur,
sed solum permissivè iisdem sæcularibus indul-
getur.

15. Confito sententiam hanc, quam merito proba-
biliorem ac magis piam vocat Castropalaus *ibid.*
n. 7. confitio, inquam, in hunc modum. Vel Sacerdos
sæcularis non potest celebrare Missam de beato Bor-
gia v. g. quia Beatus nondum judicatur dignus honore
Missæ, & hoc non, ut modo *n. 10.* vidimus: vel quia ipse
Sacerdos est impeditus, & hoc non, quia nemo im-
peditur venerari Beatum honore, quo dignus reputa-
tus ab Ecclesia: est ergo, cum aliud caput excogitari
nequeat; cur non possit? Fac hunc Sacerdotem esse ir-
regularem, tunc certè procederet argumentum con-
tra ipsum, hoc modo. Vel hic non potest celebrare
Missam de Beato, quia Beatus nondum est reputatus di-
gnus Missa, & hoc non, ut dictum est: vel quia ipse
Sacerdos est impeditus, & hoc quidem sic, quia ob-
censuram est à sacrificando exclusus. Cum igitur in ca-

su nostro Sacerdos nullo ejusmodi impedimento
ret, sane poterit.

16. Granado *ibid. n. 16.* concedit si in Dis-
tinctione fiat potestas Religiosis celebrandi in hono-
rem Beati, & non addatur particula *tamen*; & valde
babile esse, posse alios quoscunque Sacerdotes cele-
brare, dummodo id fiat petentibus illis Religiosis
bus facta est concessio. Ratio est, (inquit) quia ex
la Juris, qui facit per alium, est perinde, ac si faciat
per ipsum: Et quia Capellanus potest sacrificare per alium.

17. In hoc dicto unum placet, alterum displicet.
cet ipsa concessio, nostris enim Beatificatis iustitiam
favet, siquidem in Brevibus de ipsis, non additur
la taxativa. Displicet vero ratio, illa enim Regulari
68. de Reg. Jur. in 6. habet sexcentas limitationes
rectè Glossa in Reg. 72. de Reg. Jur. in 6. sic habet
facit per alium est perinde ac si faciat per ipsum, non
do ille actus potest (utique de jure) expediri per alium.

Quare debuit Granado probare hunc actum esse
concessionem Religiosis posse per alium de jure expe-
diti, ergo nihil probavit asserendo solum illam Regulari
multo minus asserendo exemplum Capellani, de quo
constat non obligari personaliter. Adde si adve-
niunt hanc concessionem esse privilegium saltem
his Religiosis concessum & in hoc ponunt totam
suam probationem, ut vidimus *n. 7.* qua ratione pro-
valebunt aliis competere posse ejusmodi actum
brandi de Beatis per alium expediri.

18. Dices, quid ergo, per nos, operator, seu signi-
ficatum, quando in dictis concessionibus
venitur? Respondeo. Significat, & quidem expli-
tè tale privilegium concedi positivè solis illis Religiosis
qui propterea contra Rubricas operantur, ut
Beato celebrent, quando ipsis competit Missa, non
non propterea tollitur, quod & aliis indulgentiam
missivè, ut ex dictis patet.

19. Ex his quilibet facile concludit cum Sacer-
dotem *n. 1.* allatum stare promissis, sequendo nostram sen-
tentiam potuisse, potuisse tamen non stare, si
fuisse aliam, quæ certè probabilis est.

CAPVT VII.

An interrupti Missa aliquando possit.

§. 1. Pramittuntur aliqua ceria de Interruptione Missæ.

1. Certum est Primo, nunquam, quoad partes
rituales, interrupti Missam, sine gravi causa
posse, *n. 1.* g. non potest consecrari pane, ita interrupti
pi, ut omittatur consecratio Calicis, nec consecratio
ne, & Calice, potest omitti consumptio, hæc enim
per aliquos non fit de essentia Sacrificij, est cetera
fectione integrali.

2. Certum est, contra, Secundò, interrupti, cetera
que omnino debere, quando incepta etiam consecra-
tione, recordetur certo quis se non esse Sacerdotem
quia hic non interrupti Sacrificium, cum ab ipso
nulliter offeratur, sed ab eo, quod debet, abstinere
(certo) nam in loco, & re tam gravi, nec scrupulosum
dubium te commovere debet; quare ni certus
sis, deponere dubium. hoc est, tibi persuade: quando
dem non es certus) pergere posse, & pergit. Ita
Eccl. præc. l. 3. c. 10. n. 19.

3. Certum sit Tertiò. Si Hostes, Hæretici v. g. in-
gruant ad occidendum sacrificantem in Altari (etiam
magis si ad injuriam inferendam Sacramento) pro
Sacerdotem Hostiam consecratam statim sumere, &
secum auferre, si ad consecrandum Calicem, sine
denti mortis periculo progredi non possit. Ita Layman
lib. 5. tr. 5. de Euch. c. 7. n. 1. & 2. Et quidem eadem
ratio, si ex terræmotu, vel incendio simile periculum
instaret.

§. III.

SECUNDA CAUSA.

Supervenient memoria impedimenti ex assumpta cibo, ex peccato, ex censura, ex tempore debito.

1. Si quis, dum celebra, recordetur se habere aliquod impedimentum, se videlicet, non esse jejunum, vel non esse in gratia, vel esse excommunicatum suspensum, interdictum, irregularem, quid faciet?

Respondeo, me de hoc aliqua dixisse in Opusculo de Excedenda Communione, c. 1 §. 6. num. 4 & 35. juncto c. 2. §. 8. n. 23. Vide nihilominus quæ dicam infra c. 8. §. 2.

2. Quid si superveniat advertentia temporis indebiti hoc est, te cepisse Missam longe post meridiem, vel multo ante Auroram?

Si est ceptus Canon, est omnino perficienda, si non est ceptus, mensurandum est scandalum, seu turbationem quæ oriri potest in assistantibus, hora multum, vel non multum à meridie, vel ab aurora distans, multus vel parvus progressus in ipsa Missa, &c. quodque ponderare plus videbitur, hæc nimirum, an interruptio facienda, illud eligatur; juxta dicta c. 5. §. 2. n. 90.

§. IV.

TERTIA CAUSA.

Supervenient excommunicatus non toleratus.

1. Vm Missam celebrans, advertis adesse, vel supervenisse excommunicatum non toleratum cum quo communicare in divinis non possumus, quid tibi faciendum;

2. Communis doctrina, quam paucis comprehendit Layman, hæc est. Si excommunicatus non toleratus, qualis solum est nominatim denunciatus, & percussor Clerici publicus, interest presumat Missæ, monendus ut discedat, sicut colligitur ex Clememina Gravis, De sent. excommunic. ubi nova etiam excommunicatio Papa reservata decernitur, si exire iussus non paruerit, tunc vero, si id commode fieri possit, expellendus est opera laicorum, tamen Regularis vel Sacerdos si quis, qui evictur; si laici non adsint neque vocari possint, etiam Clerici eum expellere debent arg. c. veniens, de sent. excom. Quod si expelli non possit, Sacerdotem ab Altari recedere oportet, nisi Canonem Missæ caperit secundum Sylvestrum (v. excom. §. n. 3.) secundum alios vero (apud Avilam p. 2 c. 6. §. 9. dub. 8. & Suar. disput. 12. sect. 1. num. 11.) tamen si Canon ceptus sit, sed nondum Consecratio peracta: Sed existimo, si verba illa proxime antecedentia consecrationem, Qui pridie quam pateretur, dici cepta sint, non posse discedere Sacerdotem: At vero alij omnes præter Altaris Ministrum recedere coguntur, quia cum excommunicato non tolerato communicare in Sacris Officiis non licet. Sacerdos autem Sacrificium perficere debet usque ad Calicis sumpcionem; tum iterum monito excommunicato, ut recedat, si nolit, ipse quoque abire debet, & quæ reliqua sunt Missæ in Sacrificia peragere, vel si talis locus non sit, omnino intermittere: debent tamen hæc intelligi de Sacrificio Missæ comparatione ejus dumtaxat Altaris, cui excommunicatus assistere presumit; nam interim nihil obstat, quominus in aliis Altaribus Missa peragatur, presentibus etiam fidelibus, sicut notavit Suarez (disput. 12. de cens. sect. 2. sine.) Hæcenus Layman.

3. Dum hæc scriberem, accidit casus hic. Declaravit Præsul nominatim excommunicatum unum ex Senatoribus Civitatis, ob quamdam contumaciam in exigendis Vectigalibus ab Ecclesiasticis. Paucis autem post diebus die solemn. Natalis Domini, cum de mora in Ecclesia Cathedrali coram Protoge, Senatoribus, populoque universo, Missam cantaret idem Antistes, advertit ipso Missæ initio, adesse cum cæteris collegis Senatorem illum excommunicatum non toleratum. Substitit: eundemque per nuntium admonuit, ut è Templo recederet.

N

§. II.

PRIMA CAUSA

interrumpendi Missam.

Metus mortis, vel gravis mali.

1. Ob malum num. 3. dictum potest Sacerdos interrompere partes Missæ essentielles, multo magis potest partes accidentales, quæ sunt de præcepto Ecclesiastico quod, ut cætera humana præcepta, non obligant in tanto periculo. Immo propter hanc eandem rationem licet in tali casu eandem interruptionem ex proposito, & directè etiam intendere.

Memini me tamen supra lib. 1. c. 3. §. 1. n. 6. docuisse, si Sacerdoti metus mortis incuriatur, ni sine omnibus vestibus sacris celebret, non licere sic celebrare; licere autem, si sine aliquibus. Et ratio erat, quia sine omnibus, non potest non cedere in contemptum Sacrificij, qui contemptus sine aliquibus, facilius vitatur: Pari igitur modo hic erit considerandum, quæ, & qualis interruptio intendatur, vel faciendi sit, An initio Missæ, An facta oblatione, An incepto Canone, &c. si enim appareret periculum gravis contemptus, non liceret propter talem metum interrompere, vel id intendere, licet, si non appareret.

2. Si ingruant hostes, incendium, terramotus, vel simile quid, idem similiter est dicendum, semper præciso scandalo, periculoque contemptus: habendum etiam præ oculis, quod, quo partes sunt remotiores, viciniores Consecrationi, vel Communioni, eo periculum vel malum instans debere esse, vel maius, vel minus ad dandum, vel non dandum legitimam causam interruptionis. Quoniam verò in ingruentibus hisce malis oritur periculus turbatio mentis, illud interpede facias, quod tunc bona fide facere te posse iudicas, nam coram Deo sufficit, ut c. 5. diximus §. 2. n. 90.

Part. II.

recederet, qui cum renuisset, atque ultro, citroque, idem Nuntius responsiones petuliffet, relata etiam ad præsentem Protegem turbationis causa, de causæ terminum habuit, ut Episcopus, nulla alia adhibita vi, perrexerit in Sacro, illique de more finem imposuerit. Magna exinde oborta est quæstio, inter Canonistas: *Agna* legitime Episcopus in Sacro pergendo perflittere potuerit? An Senator ille in excommunicationem Pontificiana incidit? An denique astantes, qui exire à Templo de buissent, peccaverint? Profecto sic primo aspectu merito dubitabatur. Verum ego minimus, alicuique de doctiores, inde prædictis defensimus, quia Senator ille, statim atque deo denunciata excommunicationis notitiam habuit, rite appellaverat ad superius Tribunal, quare appellatio pendente, vitandus non erat. Audi eundem Layman. *lib. 1. r. 5. p. 2. c. 4. num. 2.* id breviter dicerentem. *Secundo colligitur cum Navarra, & Glossa, licet appellatio ipsam excommunicationis sententiam absolute latam suspendere non possit cum ea executionem secum trahat, c. Pastoralis, §. De Appell. nihilominus suspendit effectum denuntiatio- nis, ut appellans, pendente appellatione, vitandus non sit. Quæ quilibet ratione, tamen aliquis in fallo notatio appellare non possit, c. Cum sit Romana, eodem titulo, tamen assentientia Iudicis declarantis factum notorium esse, appellare potest, cum is iniussu iudicare potuerit, sicuti notavit Abbas. Denique licet a pena inris non appelletur, c. Quia nos de Appell. appellari tamen potest a sententia Iudicis declarantis aliquem incidisse in penam inris. Hæc ille de etiam Bonac. de exc. disp. 2. dub. 2. p. 1. m. 2. aliisque.*

§. V.

QVARTA CAVSA.

Superveniens violatio Ecclesiae, vel Altaris.

1. **S**i violatio,) de qua supra *lib. i. c. 4. §. 5.* breviter lo-
cuti sumus) contingat post Canonem inceptum,
(cum tunc consecratur quod hunc effectum inceptisse
sacriæ substantia ex Sup. de Sacram. disp. 81. sect. 4. §.
Secundo quæres, Fagn. d. 1. *Ecl. præcept. lib. 3. c. 14. num. 7.*
petgat Sacerdos, Mismque absolvat, ac si nulla viola-
tio supervenerit. Sic Delugo de Euch. d. 20. sect. 2. num. 61.
& passim. Si vero Canonem non inceptum, recedat, Mis-
samque relinquat. Illud recolit, si Ecclesia solum benedi-
cta, & non consecrata fuerit, posse ipsum Sacerdotem
eiusmodi violatam Ecclesiam, seu Altare reconciliare
per formulam positam in Cæremoniali, quæ satis est
brevis, factaque reconciliatione, statim redire ad Mis-
sam, & prosequi. Ita nos supra *lib. i. c. 4. §. 5. n. 2.*

2. Dico (posse) nam si commodè haberi nequeat Cæ-
remoniale, Sacerdos non obligabitur, sed solum relin-
quat Missam. Obligabitur tamen sub veniali, si com-
mode possit habere Cæremoniale, & nollet reconcilia-
re: quia est nonnulla irreverentia nolle Missam cæptam
quamvis nondum incepto Canone, absolvere, cum
possit. Sub mortali autem non obligo, quia potest se con-
formare cum decreto Ecclesiæ prohibente Sacram. Cri-
in loco violato, & ex alia parte Sacerdoti privato recon-
ciliationem illam Ecclesia non præcipit.

Post hoc scripta volui recollere modum reconciliandi, Ecclesiam violatam, quando nondum est consecrata, quem praestabit Rituale Rom. Pauli V. nec illum inveni adeo brevem, ut modo dictum est ex Delugo; quare puto, ante Canonem inceptum absolvi posse Missam omitti, cum prolixitas talis ratione lationis sufficiens causam de omittendis sicuti de Ecclesiae consecratae propter non valde dissimilem prolixitatem.

3. Sed quid fiet de Hostia, Vinóque oblatis, si relinquenda sit Missa post oblationem?

Hostia, vel reverenter sumatur à quopiam, vel servetur inter ceteras, quæ postea consecrandæ erunt: nec officit debere iterum offerri, quia oblationem repetere culpa nulla est. Vinum etiam, vel reverenter absumitur, vel servetur ad alias Missas, vel deponatur in Piscinam.

Sacram, seu sacrarium. Atque ex congruentia
ceterum si eiusmodi Hostia, & Vinum servare
contemptu, in usum non sacrum, culpa non est
supradictis lib. 1. c. 2. §. 3. à n. 3. in simili. coll.

§. VI.

QVINTA CAUSA

Superveniens corporalis necessitas

1. **S**i morbus, vel alia gravis corporis necessitas
Sacerdotem Missam interrompere, immo
ut ex se constat, à culpa. Ita Layman. lib. 3. tract. 1.
Quo casu si facta est cōsecratio, & ipse redire ad
dum Sacrum nequeat, quid faciendum sit, dicam
§. 1. n. 1.

§. VII.

SEXTA CAUSA.

Superveniens proximi necessitas Spiritus

1. **D**ifficiliter aliush casum circa hoc invenire
eum, in quo alicui morti proximo Sacra-
mentum sit ministrandum.

Primo dicitur, si sit ministrandum Sacramen-
credatur meritis penodens hoc in gratia, gra-
tiamentum (Poenitentia) vel si hoc suscipere
sum non possit, Sacramentum Eucharistiae, vel
unctionis, quibus in eo casu competit ex proba-
tione pristinam gratiam conferre. Id id, inquit, mi-
strandum, nec praeterito sit alius, nisi qui ad hoc actu
restit inquit meritis Zambrianus c. a. de h. b. 5.
Missam incubatam etiam post consecrationem re-
servante interim aliquo Sacra Eucharistia in qua
est Sacerdos secum deferat aliqui hostiam cum
extrema unctionem ad infirmum, audiatque eum
et data Eucharistia, atque extrema unctionem.
Psalms Penitentialibus ad Ecclesiam post Missam
rur ad perficiendum Sacrum: Agnus dei infirmis
omnia Sacramenta suscipere, fecus, coheret illi.

2. Secundò. Si sit ministrandum Sacramentum charitati non ut conferat illi gratiam, primò à Viatico ei, qui paulò ante fit confectus, nec à Sacerdote, si facta quidem sit oblatio, seu certe prius Canon, non licet exuere facras vestes, & incensare, sed debet adhiberi Viaticum, & oblatio, si non est, non est improbabile. Ita Laym. lib. 5. c. 17. p. 1. et 2. t. 1. est, quia ex una parte necessitas, seu utilitas est firmi non iudicatur modica, & ex altera, ut non sit contra Canonem (non vero potest) relinquere Missam, & dicatur continere tantum irreverentiam, que non debeat à illi necessitate.

Dixi (licere) nam non cognosco obligationem, cum sit Sacerdos iuxta alteram opinionem putare non debet tantam necessitatem, ut interrompere Missam valeat.

4. Dixi item (non licere exuere Sacras vestes)
in ipsa Ecclesia, in qua quis Sacrum celebrat, forte
repentino malo correptus, indigeat simili Viatico.
Sacerdos, etiam post consecrationem, divertere
lun ab Altari, illi Eucharistiam porrigere, ac deinde
verti. Sic Glossæ nullus, dist. 1. d. conf. Layman. lib.
c. 7. c. 2. Henrici. lib. 8. c. 30 n. 4.

3. Tertio denique. Si fit ministranda extrema
moriundo aliàs confesso, vel Sacra Eucharistia
et, quamvis aliqui cum Layman. *ibid.* assertum
relinqui Sacrum, si nondum facta est oblatio, p
si qui factam unctionem peti, is fit, qui facit
non possit: Ego tamen puto non posse. Ratio est
non video tantam necessitatem in casu exte
tionis, sicuti contra modò vidi in casu Viri
nac necessitate possit vinci irreverentia in
Missæ. Adde infirmam esse rationem illam (i. p
eo, qui negari non potest) sic tamen, tam ne
disruptionem ob spirituale necesse

rit immixtis, siue annexis, hic subscibam.

§ I. Quid fiet, quando Sacerdos deficit, dum Sacrificat.

Debet primò S. Thomas, Quando inter celebrandum Sacerdos subito deficit, ita ut non possit ullo modo Sacrificium perficere, si hoc contingat ante Consecrationem panis, Sacrificium relinquendum esse imperfectum: quia cum nondum substantiatum sit inchoatum sit, nullum in hoc est notabile incommodum; si autem contingat post Consecrationem etiam unius materie, tunc perficiendum esse per alium Sacerdotem, si quis adsit, etiam si jejunos non sit; etiam si sit in peccato mortali, aut excommunicatus. Hic tamen necessitudo debet prius conteri. Ita communiter Doctores ex Conc. Toletano 7. cap. 1. Ratio est, quia minus incommodum est, Sacerdotem non jejunum, aut post commissum peccatum mortale ante confessionem, contritum communicare, quam Sacrificium relinqui imperfectum.

2. Nota primò cum Soto in 4. d. 13. quasi. 2. §. Perplexior autem, conscius sibi peccati mortalis nullo modo posse hoc Sacrificium perficere, nisi prius, ut dictum est, conteratur, aut saltem probabiliter putet se contritum, alàs peccaret mortaliter communicando in statu peccati mortalis. Disputat autem ibidem idem Soto, Vtrum talis Sacerdos, si difficulter potest conteri possit nolle perficere Sacrificium? Respondet affirmativè, quia Concilium tantum dicit liberum esse Sacerdoti inchoatum à deficiente Sacrificium perficere: sed melius Suarez de Sacram. d. 8. §. sec. 1. sub finem, docet, talem teneri conteri, ut Sacrificium possit perficere, quia gravissimum est incommodum contra institutionem Christi, & reverentiam tanti Sacramenti, atque etiam ipsius Sacramenti (præsertim quando Calix est iam consecratus, qui sine irreverentia, & periculo alicujus incommodi sæpe in aliud tempus conservari non potest) si Sacrificium relinquatur hoc modo imperfectum. Quare omnes qui sine gravissimo incommodo hoc possunt impedire, ad hoc tenentur. Peccator autem nullum incommodum, sed potius maximum commodum accipit dum compellitur conteri.

3. Nota secundò, non Sacerdotem; in similibus casibus nullo modo posse Sacrificium perficere, quia non habet potestatem sacrificandi. Quare si nullus Sacerdos adsit Sacrificium necessitudo imperfectum relinquendum est, & Sacramentum honestè conservandum, donec possit legitime sumi, si id sine periculo fieri possit. Quod si hoc sine periculo fieri non possit, ut si esset periculum, ne Sacramentum veniret in manus infidelium, aut ne Species ante adventum alicujus Sacerdotis planè corrumpere, tunc Sacramentum etiam à laico sumi deberet, quia hoc ipsius reverentia exigit, Soto tamen in 4. dist. 12. quasi. 2. art. 6. §. Circa hoc putat potius permittendū esse ut Species Calicis omnino accendant, seu corrumpantur, quam ut sumantur à laico. Sed melius Suarez disput. 17. de Sacram. section. 3. in fine, docet laicum tunc debere Sanguinem reverenter sumere, quia quæ in reverentiam hujus Sacramenti sunt instituta, non debent cum ipsius tanta irreverentia servari.

4. Nota tertio, si Sacerdos deficiens non obierit, sed solum infirmus fuerit adeo tamen, ut communionem sumere possit, Sacerdotem, qui Missam supplet, dividere Hostiam debere, & unam partem sibi sumere, aliam in firmo præbere: de qua re nos egimus in Opusculo de ex ped. comm. cap. 6. §. 6. m. 3. 1.

5. Nota quarto secundum Sacerdotem debere incipere inde, ubi primus defecerat, si id sciri potest: quod si non possit, vide apud Suarium disp. 83. de Sacram. sect. 1. §. 5. denique, cum enim raro possit evenire in praxi, ut saltem ex Ministri relatione id non sciatur, non est necesse hac in re pluribus immorari.

N 2 An

par est in omnibus, sed propter respectum humanum, certè ratio in his Sacris Ministeriis habenda nequaquam, est.

6. Petes, unde incipiet Sacerdos, cum in prædictis casibus revertitur ad Sacrificium perficiendum?

Respondeo. Si revertitur in casu factæ consecrationis non incipiet inde ubi defecerat: sed in casu consecrationis non incipiet inde ubi defecerat. Nam si magna mora intercesserit, est distinguendum. Nam si magna mora intercesserit, puta plusquam una hora, poterit à principio Sacrificii, puta plusquam una hora, poterit incipere inde, ubi defecerat. Lege Suar. de Sacram. d. 85. sectione 1. Ratio est, quia in parva mora moraliter reputatur continuari eadem Missa: at in longa cum consecratur moraliter pars eadem defuisse, non reputatur continuari eadem Missa; quare cum nulla aliunde inconvenientia appareat, ab initio erit incipiendum. Immo in hoc casu, si Sacerdos nullum obligationem habeat Missam eo die celebrandi poterit illam omnino relinquere; quia si illa pars defuit, non est obligatio addendi compartem.

§. VIII.

SEPTIMA CAUSA.

Adventus Principis, Prælati, Populi.

Concedunt aliqui, si superveniat Princeps, vel Prælati, vel processio Populi, vel similes, audientque sint Sacrum, posse Sacerdotem interrompere Missam & iterum incipere; si alius Sacerdos non sit, & celebrans solum progressus fuerit usque ad oblationem exclusivè, non vero si ultra. Ita Navar. Henric. S. S. Soria, quos citat, sequiturque Layman. lib. 5. tract. 5. cap. 7. num. 2. sine. Immo id in praxi observatum esse testatur Navar. ibid. & Henriquez ibid.

2. Mihi quidem hæc concessio non placet, sicuti nec placuit supra lib. 1. c. §. 3. m. 1. quod propter similem adventum posset ab eodem bis eodem die celebrari. Ratio est, quia ejusmodi adventus non affert tantam necessitatem, quæ superare possit irreverentiam interruptionis Missæ, quandoquidem illi cum non suppetat alia Missa ad integram audiendam non obligentur: Maxime ergo laudandum est Decretum Mediolanense, apud Gavant. in man. Episc. v. Missæ ritus num. 15. in quo absolute caveretur, ne quis Missam semel inchoatam repetat: Id quod praxim à Navarro allatam, nec solido fundamento nixam, merito corrigi.

§. IX.

OCTAVA CAUSA.

Concio, Ordinatio, Communio Populi, Publicatio Edictorum.

Hæc exerceri posse juxta Rubricas, & consuetudines, dum Missa Sacrificium peragitur, atque adeo per illa interrupti nite posse Sacrum, explanatione non indiget.

CAPUT VIII.

Qua ratione occurrendum defectibus in Missa occurrentibus.

Adeo latè à Doctoribus, immò, & à Rubricis Missalis, de hoc argumento, disseritur, ut actum agere non debeam: ad memoriam ergo solum restituendum, & ne in quibusdam necessariis Lectorum meum alio abire compellam, doctrinam de hac re S. Thom. 3. p. 2. q. 18. ar. 6. ab Agidio Coninch. de Euch. 83. art. 6. compendiosè allatam cum nonnullis nihilominus notis, seu additionibus nostris, ubi opus fuerit.

Part II.